


Rhomboidis exemplum sit figura $ABCD$ cujus bina saltem latera opposita & parallela nimirum AB & CD , item AD & BC ; anguli similiter Obtusi D & B , uti & acuti A & C æquales sunt.



Ex hactenus dictis apparet etiam, quemadmodum convenientia quædam est, inter Quadrata & Parallelogramma in specie sic dicta ob angulorum Rectitudinem: ita & ob æqualitatem laterum Rhombum Quadrato, Rhomboides verò Parallelogrammo affine esse.

Ceterum Parallelogrammorum in genere omnium considerandæ iterum veniunt & reductiones in partes, & comparationes mutua.


Præcipua Parallelogrammorum divisio fit per Diаметrum.

Diæmeter Parallelogrammi est linea ab Angulo quocunq; ad Angulum oppositum ducta: unde & à nonnullis Diagonalis & Diagonius dicitur.

Secat autem Diæmeter omnia Parallelogramma bivariam, hoc est, in duo Triangula æqualia.

Angulos verò, quos secat, dividit pro figurarum diversitate diversimodè: in Quadratis quidem & Rhombis bivariam, in reliquis inæqualiter.

Facilimum hoc est cuivis vel inveniendi ipsas figuras jam recensitas. Quemadmodum enim appositum parallelogrammum per Diæmetrum DB in Duo Triangula Inæquilatera



I

I

Rectan